



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Fvrtis. Titvlvs V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

manifestationem non negamus: misericordes ab eis non avertimus oculos, illisque pium animum exhibemus. Quocirca omnes praedictas, depositionis a cardinalibus, privationis a beneficiis & ecclesiis, inhabilitatis ad papam Romanum & bonorum, & jurium quae certis nobilibus Romanis civibus & aliis concessa sunt (confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad praesens) sententias, penes nos, & multas, & alias, quae in processibus mentis sine alibi continetur: verbo etiam in vita ipsius, vel in morte eius latas & infidas, seu confirmatas & innovatas per praed. eundem, si cui si (ut praedictum) esse per nos specialiter numeratas, & nominatim expressas, tam ad praedictas Iacob. & filii dicti Ioan. de Col. masculinam & femininam prolem, eorumdem Ioan. & filiorum, & per utrumque sexum posteritatem descendentem ab eis, Pe. & Richardum, & Ioann. de monte nigro generatos, quam ad coadjutores, fautores, receptatores, obsequiosos, & sequaces eorum quoslibet alios, penitus nullomodo & viribus vacuumus: Ita, quod nec etiam pro praeterito tempore possint super eis aliquae personae impedi, quae incurserint eas, aut contra ipsas aliquem effectum habere. Et si quod quavis alia quam praefata, depositionis a cardinalibus, privationis beneficii & ecclesiarum, confiscationis bonorum & iurium, quae (ut praemittitur) dictis civibus (seu aliis sunt concessa, & inhabilitatis ad papatum, sententia sine quavis absolute, reddimus. Et irregularitatem, si quam quocumque modo contraxerint, removemus, & notam aboleamus ipsius. Inhibentes ne iam dicta Praefate cum honore suo resuscitentur, vel muniantur, aut civitatis nomine, sine episcopatum recuperet absque nostra licentia speciali. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, processibus, inhibitionibus, decretis, privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta, earum effectus possint quomodolibet impediri: & de quibus, quorumque, veris tenoribus, de verbo ad verbum debeat in nostris litteris fieri mentio specialis.

DE FURTIS. TITVLVS V. CAP. VNIC.

Prædictis excommunicationibus late in eis, qui supra sunt thesaurum ecclesiae, quam jubente Clemente Papa de Perusio in Lucaniam excommunicatis res eius hinc nominatim deportaverunt. Et hinc hinc optima praedicta monendi maleficia, ut infra certum terminum satisficerent, aliter excommunicationem incurrant: & ad hanc ipsam excommunicationem, publicanda haec extravagantia non possunt.

Ioannes XXII.

THEIDELIS & stolidi praedicationis alumni se per culpe vitium indignos efficiunt, ut matris ecclesiae illi non cupentur, dum ad ipsius matris injuriam se converterunt (quod gravi nos commotione perturbat) matris ejusdem pietatem offendunt: & his in perniciem miserabili excitate dilapsi, respurgunt infamiae macula loca propriae nationis. Dudum siquidem nonnulli agerentes filii, qui ad quaque nefaria curere sunt ausi, reversis ausibus in matris ejusdem prosilientes injuriam & offensam, illam thesauri sui maximam partem, quae de Perusio ad civitatem Lucanam de mandato felic. recor. domini Clementis Pa. V. praedec. nost. dum ad huc viveret, per dilectos filios Vitalem de Chabernate, clericum Burdegalem, Alexes. & Guli. de Luna, ferventem praedecessoris ejusdem, una cum dilecto filio Jacobo de Castibus Decano ecclesiae S. Severini Burdegali. diacon. Capellano nostro, extiterat deportata: & quae in scriptis monasterii S. Fedrisii Lucanen. tunc temporis regebatur: deinde ad cameram praedecessoris ejusdem fideliter deferendam tempore invasionis civitatis

Lucanen. direperant in praedam, & de praefata sacristia per violentiam asportarunt. Nos igitur recuperationem thesauri praedicti sollicitis studiis praecedentes, omnes & singulos asportantes thesaurum praedictum, & alios, penes quos aliqua de thesauro fuerunt, vel adhuc existunt, auctoritate Apostolica coram hac fidelium multitudinem copiosa monemus, ut ea nobis aut ei, quibus ad id duximus deputandum, intra quatuor mensium spatum a die datae publicationis praesentium numerandum cum integritate restituant & assignent: ac omnes & singulos scientes, ubi, vel penes quos aliqua de dicto thesauro extiterint, vel existant, ut intra terminum praedictum, nobis aut ipsi deputato nostro indicare student: aliaquin in omnes & singulos monitionis huiusmodi contemptores, cujuscumque dignitatis, status, vel conditionis extiterint, etiam si patriarchali vel superiori, aut illa quacumque praeremineant dignitate, ex nunc auctoritate praedicta excommunicationis sententiam promulgamus: Mandantes illos per dioeceses locorum & rectores parochialium ecclesiarum civitatum & dioecesium earundem singulis diebus dominicis & festis publicis campanis & candelis extinctis excommunicatos publice nunciari: processuri ad graviora nihilominus contra eos, necnon & contra civitates, communitates, universitates, & singulares personas quascumque, quae fuissent in praemissa culpabiles, sicut protervia ipsorum exegerint, & viderimus expedire. Non obstante, si eis aut eorum aliquibus, vel alicui sub quacumque forma vel conceptione verborum, a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicati non possint, per literas sedis ejusdem, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dicta sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris extiterit, per quam effectus praesentium impediri possit, vel quomodolibet retardari. Vt autem huiusmodi nostra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sine membranas monitionem continentes eandem, in ecclesia Avinion. appendi vel affigi omissis seu superliminibus ejusdem ecclesiae faciemus, quae monitionem ipsam suo quasi honore praecano & patulo iudicio publicabunt: ita quod omnes & singuli, quos monitio ipsa contingit vel contingere potest, nullam posseam possint excusationem praetendere, quod ad eos talis monitio non pervenerit, vel quod ignoraverint eandem. Cum non sit verisimile, remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avinion. 2. Calend. April. Pontif. nost. Anno 1.

DE CRIMINE FALSI. TITVLVS VI. CAP. VNIC.

Alchimia hic prohibetur, & puniuntur facientes & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, ut pauperibus erogetur, quantum de falso & adulterio possiderunt. Et si eorum facultates non sufficient, pena per iudicium discretorem in aliam commutabitur, & infamiae sunt. Et si sine clerice, beneficii habitus privantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extravagantem ejusdem Ioan. quae incipit, Proventus, & est sub eod. tit. collocata.

Ioannes XXI.

SPONDENT, quae non exhibent divitias, pauperes Alchimistae: quare, qui se sapientes existimant, in foveam incidunt, quam fecerunt. Nam

a. Vide B. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. ad 1. arg. & ibi. Cajetanum Ol. ad. consil. 7. q. incip. an alchimista peccet. & late Cassanum in catalogo gloria mundi, part. 1. consil. 40.

PPPP